

tium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret, Roman. 11. num. 25.

48. Rupert. Secundo, Rupertus, lib. 8. in Mattheo, ait, quod hæc mulier infirmata cepit, quando filia Archisynagogi nata est; nam, ut ex Evangelio patet, adolescentula exhalavit spiritum duodecimo suæ ætatis anno; mulier autem hæc curata est duodecimo anno suæ infirmitatis. Igitur quando puella data est in lucem, cepit hæc mulier infirmitate laborare, & quando sanata est mulier, tunc puella mortua est. Quid hoc Sacramento pulchrius, verius, ac præstantius, ait Rupertus. Quando enim Synagoga in Patribus Abraham, Isaac, & Jacob nata est, tunc idololatrice morbus, ac fluxus in Gentibus fluere cepit; quando autem multitudo Gentium credendo in Christum ad hujusmodi fluxu per fidem suam sanata, & salva facta est: tunc Synagoga nimis ægra multis iniquitatibus omnino per invidiam mortua sine Deo facta est.

49. Ambrosius. Tertiò, D. Ambrosius, mulier hæc omnem suam substantiam erogaverat cum medicis, & pejor habebat, sic Gentes omnia sua consumpserant cum falsis diis, & pejores extierant. Eusebius Gallicanus in Dominico. 24. post Petri. Eusebius Gallicanus in Dominicis, ac peiores extierant. Eusebius Gallicanus in Dominicis, ac peiores extierant. Per medicos, Philosophos, ariolos, ac falsos magistros interpretatur, quorum conversatione, ac amicitia, Gentes erant à veritate aberrantes, nec ad veritatem venire poterant. Multæ aliæ combinationes possunt fieri ex factore, & morbi acerbitate, fluxusque sanguinis cum idololatria, ac tandem quod mulier accesserit retrò, ut ex Beda notabo questione sequenti.

QUESTIO VIII.

Quare mulier accesserit retrò ad Christum; ut tangeret ejus vestem?

50. **N**ON clamat mulier, vel rogat pro salute, ut Archisynagogus, vel cæcus; sed tacens è retrò venit ad Christum. Ad quod primò respondeo, quod mulier ita venit, à tergo nempe, & tacens, quia voluit latere: & disposuit, non palam, sed absconditè accedere. Quod ex duplici conjectura textus colligo. Nam de illa ait D. Lucas hoc cap. 8. n. 47. Videns mulier, quia non latuit, tremens prociadit ante pedes ejus, ergo mulier voluit latere. Secundo. De ipsa ait D. Marcus, Venit in turbam, & tetigit vestimentum ejus. Expende illud, venit in turba, id est, tanquam circumscripta turba, ut veluti quædam confusione palam non videretur, ac agnosceretur. Cur autem voluit latenter venire? adhuc inquirendum est.

51. Optatus. Primò ergo venit secretè, & absconditè, ut notant Optatus Milevitanus cir. lib. 5. & D. Ambrosius lib. de Salomone cap. 5. quia turpi, & fecundo morbo laborabat, & tamen, ut notat Divus Paschalis, lib. 5. in Mattheo, accedit, maluit fidei trepidante consilio ex fiducia judicari, quam de tam facido vulnere sic perire. Audeant hoc scelesti, & immundi, abruptant pudorem noxium, & assumant consilium fidei, & viam salutis inventiant.

Secundo, Divus Thomas, Abulensis quæst. 97. & maxime ad litteram. Occultatim meta venit, & timebat ne à turba, cui se admiscuerat, abiceretur, quippe lege immunda, & contagiosa erat, Levit. 15. num. 25. Accessit ergo clam, ut veluti quodam pio fidei sorto, Christi virtutem arriperet. Quod perbellè ponderavit Chrysologus sermon. 35. Cum tangit, ait, simbriana; tunc divini pectus pulsati arcum, & furto fidei summam rapuit de simbriana summitate vitium. Felix fraus, quæ & lucrum salutis confulit, & dæmonia sustulit mox pudoris. Idem ferè habuit Græcus in Catena Divi Thomæ ad caput. 8. Lu. 8.

Tertiò Abulens. citatur, quia facilius erat mulieri accedere retrò, quam antea, Nam si voluisset anteriorem Christi simbriam, incurvando se coram ipso tangere; Domini gressum impedit, & ita à Domino interrogaretur, ac proinde necessarium erat ei preces fundere, ex quo sine dubio agnosceretur, quod ipsa volebat. Quare Albertus Magnus hoc ejus adscribit humilitati, quia se judicavit indignam Domini aspectu, unde in tantum sublata est à Christo, ut non solùm Dominus in eam conjiceret oculos, ac cum ea loqueretur, sed etiam ut filiam vocaret, quod nulli alteri mulierum concessum legitimus in Evangelio.

Quintò, D. Chrysol. serm. 34. Agebat mulier, ait, ut sibi & rediret sanitas, & veteranda non periret; curabat, nec cura sua ad evanum edundaret injuriam, proindebat, ut redderetur sibi salus, salva reverentia Salvatoris. Magna mulieris fides, non permittit eam dubitare de salute assequenda, & tamen permittit maximè aspectum Domini formidare. Agnovit se mulier esse immundam, fæcido, & turpi morbo laborare, reverentialiter ergo timebat, ne tactu, ac presentia sua aliquid injuriosum, ac minus decens benefactori suo faceret. Ita enim desideravit salutem sibi obtinere, ut dignitati, & Christi auctoritati consuleret, ne in aliquo summa ejus majestas læderetur. Unde reprehendendi sunt illi, qui tantùm bono suo student, suorum contempta autoritate dominorum.

Sextò, Beda mysticè. Quòd hæc mulier venit retrò ob mysterium, quia Gentes in ea adumbrabantur, quæ crediderunt in Christum visibiliter absentem, nempe post ascensionem ejus in cælum; de quibus dictum est: Beati qui non viderunt, & crediderunt, Joann. 20. & dum Dominum sic visibiliter absentem credimus, fidei meritum habemus, & multò certiorum cognitionem, quam illam, quæ corporalibus oculis comparatur, sicut hæc mulier divina fide illustrata, quamvis à tergo esset, multò majorem habuit cognitionem de Christo, quam multi illorum, qui ejus faciem intuebantur.

Rogabat avarus Abrahamum, ut mitteret Lazarum in domum Patris, ob fratres, quos habebat, si quis ex mortuis venit ad eos penitentiam agens, Luc. 16. num. 30. Cui Abrahamus respondit, si Moysen, & Prophetas non audimus, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credemus, Moyses, & Prophetæ sublati erant ab oculis eorum, ille autem novus Prædicator è defunctis mittendus ante eorum aspectum versaretur; quæ ergo consequentia dicitur, quòd si absenti Moyli non credent, nec novum illum præsentem audient Prædi-

Prædicatorem. In Moysè, & Prophetis attendebat fides, in illo autem Prædicatore corporalis visus, & fides animum non inclinabat, minime id præstabit oculos obtutus, D. Zeno in sermone de resurrect. Habent, inquit, Moysen, & Prophetas, quibus si non credunt, neque illi, qui hinc missus fuerit, credituri sunt, evidenter ostendens, non in oculis esse carnalibus verum, sed in fide credentium constitutum.

QUESTIO IX.

Quare mulier voluerit tangere simbriam vestimentorum Christi?

57. **S**IMBRIA ERANT vittæ quædam hyacinthini, seu cælestis coloris, quas Deus mandavit populo suo vestimentorum angulis, tam à parte anteriori, quam posteriori, apponere, ut illo signo manifesto, & exteriori populus ille electus Dei, à cæteris mundi nationibus distingueretur, & ut Judæi illas portantes mandatorum Dei recorderentur, & ita excitarentur ad illorum observationem, Num. 25. num. 3. 8. & hac de causa simbriae erant cælestis coloris, ut videndo illas, ut notat Abulensis quæst. 94. totam suam intentionem haberent in cælum. Notandum, quòd illam vestimentorum formam, quam Deus dedit populo suo, hanc ipse veniens in mundum, retinuit. Hac ergo de causa Christus Dominus, juxta Judæorum consuetudinem in suo vestimento simbrias habebat.

58. **Q**UÆRIMUS ergo, cur hæc mulier non Christi tangit vestimentum, sed simbriam? Respondeo primò, juxta ea, quæ dixi superiori questione: hæc mulier voluit latenter accedere ad Christum, ergo non tangit aliquam partem superiorum vestimentorum, quia tunc faciliè ejus tactus percipi poterat; sed simbriam, quæ erat pars dejecta, maxime apta ad occultationem, & tangendam, quin tactus perciperetur. Quod totum factum est divina ordinatione, ut tanto magis Christi divinitas manifestaretur, quanto minus perceptibilem tactum, etiam comprimentibus turbis, distinctius agnovit; ac sensit.

59. **S**ecundo, Abulensis questione nonagesima quinta. Tangit simbriam, ut secretè tangat; nam mulier hæc erat immunda, & non licebat ei tangere quenquam, quia juxta legem Levit. 15. num. 18. quæ, mulier fluxum sanguinis sustinens tangebatur, polluebatur, & quicunque illam tangeret, pollueretur. Secretò ergo tangit, ut murmurantium calumniam declinaret, & qui agnoscebat Christum verum Deum; optimè sciebat, ipsum nullo tactu nostræ infirmæ carnis contaminari, bene ergo interpretata est legem, Dominum illius non illi subijci, ac proinde valde confisa de Domini bonitate, accedit, & tangit. Tertullianus libro 4. contra Marcionem, capite vigesimo. Sic cum tangit mulier, non ut hominem sanctum, aut Prophetam, quem contaminabilem pro humana substantia scires, sed

ut ipsum Deum, quem nulla foucicia pollui posse præsumperat. Itaque non temerè interpretata est legem sibi, ea contaminari significante, quæ essent contaminabilia, non Deum, quem in Christo confidebat. Quod etiam docet Chrysologus, sermon. 35. Nam si Sol tangit stercorea, non tamen stercoreibus inquinatur; quanto magis creator Solis tangit omnia, & tamen non potest ullis contactibus inquinari.

Tertiò, D. Petrus Chrysol. sermon. 34. In Christi simbrina divinitatem totam videt inhabitare. Non quærit mulier tangere manus Christi, non vestem superiores, sed ultimam oram vestimenti, agnovit enim, quiddam Christi erat etiam in ultima superficie, totum manare virtute, & sanctitate, & bonitate.

Quartò, Idem Chrysologus serm. 35. sic ait, In Christo nihil postremum creditur, nihil judicium extremum, quia nec minoratur Deus in homine, nec virtus attenuatur in simbrina: hinc est, quod mulier per dorsum pervenit ad faciem, per vestimentum penetravit interna, & per simbriam capitatis tetigit summitatem. Prudens mulier, ut obtineret sanitatem, quam vehementer optabat, nihil aliud curat, nisi tangere ultimam partem vestimenti Christi; agnoscebat enim in Christo nihil exiguum, & extremum, sed omnia sublimitia, & excelsa, undique omne bonum redundantia, & ita per dorsum pervenit ad faciem, & per externum vestimentum ad alia arcana, quæ in Christo latebant, & per simbriam ad summitatem divinæ virtutis, quam in propria salute est experta.

Quintò, Divus Gaudencius sermone in dedicatione Basilicæ, hoc attribuit fidei mulieris, & sic ait, atacta simbrina medelam credenti fides traxit, & salutem quam præsumerat, acquisivit. Magna fides affuit fides hujus mulieris, quæ non solùm tangendo carnem Christi, sed etiam ejus vestem, sibi sperabat salutem. Preter illa ultima verba quæ præsumperat; nam tam præpotens est fides, ut quiddam hominis præsumptio estingere valet, hoc totum impetret, ac allequatur firma fides. Sextò, D. Remigius hoc adscribit ejus humilitati, Septimò, Divus Bernardus, sermone de quatuor modis orandi. Per simbrias vestimentorum Christi, intelligit sanctos, & servos Dei; ac proinde si salutem, ac bonum consequi volumus, ad ipsos servos Dei extendamus manus nostras in obsequiis.

Non prætermittam hic advertere id, quod eleganter docet Chrysologus sermon. 34. Archisynagogi Christiani, qui quotidie corpus Christi attingunt, quamquam de ipso corpore possunt sumere medicinam, quando mulier totam rapuit de sola Christi simbrina, sanitatem? Sed quod nobis stendum est, mulier de vulnere medicinam tollit, nobis medicina ipsa retorquetur in vulnus. Mulier ex tacto simbrinæ vestimenti repottavit sanitatem, accessit cum fide, & humilitate, id è simbrinam tangit; accessit cum reverentia, ac compunctione gravitatem sui morbi agnoscentes, id è à tergo venit, non audens Christi faciem aspicere, ac proinde sanitatem suo vulnere impetravit. Ac sæpe multi illis virtutibus destituti, & in peccatis obdormati ad mensam Domini conveniunt, & ideo ipsa medicina reflectitur eis in vulnus, de quo alibi multa dixi.

Tunc Ecclesia Gentium caput reviviscere quando Synagoga mortua est. Euseb. Gall. Falsi magistri, mali medici. 51. Optatus. Ambrosius. Paschas. Abitantes peccatores timorem nostrum & Christi sum quærunt.

52. D. Thom. Abulens. Chrysol. Profurto ali-quando fidelis vult bonum comparare. 53. Abulens. Albert. Mag. Humilitas mulieris exaltatur. 54. Chrysol. Animus reverentis ubi simbrinæ Domini reverentia. 55. Beda. Ioan. 26. Luc. 16. Fides certior omni oculorum cognitione. Tertullian.

Chrysol. 60. Idem. In Christo omnia excellent. 61. Chrysol. 62. Gaudenc. 63. Chrysol. De fructibus Eucharistia percipiatur, dispositio præmittenda.



Marc. 5. n. 30. Et statim Jesus in semetip-  
so cognoscens virtutem,  
quæ exierat de illo, con-  
versus ad turbam aje-  
bat: Quis tetigit vesti-  
menta mea?

Ibid. num. 31. Et dicebant ei discipuli:  
Vides turbam compri-  
mentem te, & dicis,  
quis me tetigit?

Ibid. num. 32. Et circumspectabat videre  
eam, quæ hoc fecerat.

Ibid. num. 33. Mulier verò timens, & tre-  
mens, sciens quod factum  
esset in se, venit,  
& procidit ante eum, &  
dixit ei omnē veritatē.

VERSIONES.

Græcus. Statim Jesus cognoscens  
potentiam ad sanan-  
dum, quæ exierat de  
illo.

Syrus. Cognoscens in anima sua,  
Theophyl. & Cognoscens virtutem ex  
Vatablus. se ipso prodisse.

Syriacus n. 31. Vides turbas quæ oppri-  
munt te.

ALTER TEXTUS.

Luc. 8. num. 45. Et ait Jesus: Quis est, qui  
me tetigit? Negantibus  
autē omnibus dixit Pe-  
trus, & qui cū illo erant:  
Præceptor, turbæ te cō-  
primunt, & affligunt, &  
dicis, quis me tetigit?

Ibid. num. 46. Et dixit Jesus: Tetigit me  
aliquis, nam ego novi  
virtutem de me exisse.

Ibid. num. 47. Videns autem mulier, quia  
non latuit; tremens ve-  
nit, & procidit ante pe-  
des ejus, & ob quam  
causam tetigerit eum  
indicavit coram omni  
populo, & quemadmo-  
dū confestim sanata sit.

EXPOSITIO.

64. STATIM Jesus in semetipso  
cognoscens. In ipsomet puncto  
in quo mulier tangendo sana-  
ta est, agnovit Christus vir-  
tutem, ac vim ab illo emanaf-  
se ad sanitatem illam operan-  
dam. Quis tetigit vestimenta mea? Non ignorans  
interrogat, qui in tanta turba levissimum vesti-  
menti tactum perceperat; sed interrogat, ut mu-

lier quæ tetigerat, magnum Dei opus, ac miracu-  
lum, in ejus gloriam fateatur. Nec interrogat, ut  
ait Cajet. qui tetigerit corpore sed fide: Dicebant  
discipuli. Dominus cum turbis locutus fuerat, ta-  
men discipuli tanquam principales respon-  
dent. Luc. ait: Dixit Petrus, & qui cum illo erant,  
tanquam quod Petrus ex omnium consensu, lo-  
cutus fuerit, ut vult Tolet. Vel quia Petrus ince-  
pit, & postea alij cum eo locuti sunt. Vides tur-  
bam comprimentem te. Hoc est, ipsa turba tanto  
affectu rapiebat ad Christum; ut tangendo  
ipsum comprimeret, seu premeret. Addidit Lu-  
cas, compriment, & affligunt, quia nempe Domi-  
num vehementer coarctabant.

Et circumspectabat videre eam. Neglecto disci-  
pulorum responso, circumspectabat Christus ocu-  
los in turbam humano modo se habens, quasi  
eam, quæ tetigerat, noscitate studens. Mulier  
vero timens, & tremens. Ubi mulier videt factum  
suum esse agnatum, & se latere non potuisse, ti-  
met, & tremet, quod indicat magnum timo-  
rem; nam cum ipsa esset immunda, & agnovit  
mundum Christum tetigisse, & beneficium fan-  
tatis Christo incio quasi foratam fuisse, ut  
jam dixi ex Chryologo. Ideo hac de causa, ma-  
ximè timebat, ne à Christo increparetur, &  
fortè etiam, ne beneficium jam communicatum  
auferret.

QUESTIO X.

Quare comprimentibus turbis Domi-  
num, quærat ipse, quis eum  
tetigerit?

CHRISTUS Dominus omnium agni-  
tor optime cognoscebat mulierem, quæ  
eum tetigerat; nam, ut pulchre ait Chry-  
sost. serm. 33. Erat in Christo corpus multiplex,  
sed erat Deitas simplex, erat totus oculus; qui post se  
supplicem sic videbat. Christus Dominus totus  
oculus aperte videbat ea omnia, quæ à tergo  
erant. Et preme verba illa, qui post se supplicem  
sic videbat. Mulier humilitate venerat, & quan-  
to magis ob suam dimissionem se volebat ab-  
scondere, tanto magis à Domino intuebatur,  
cujus oculos maxime rapit humilitas, ut illi qui  
latibula quærunt, ut se abscondant, semper à  
Domino ad magna & alta vocantur.

Turbæ Dominum comprimebant, ac maximè  
coarctabant, & tamen ipse interrogat; Quis me  
tetigit? Loquitur non de tactu corporeo, sed de  
tactu, qui ex fide, & animo est, quo mulier illa so-  
la tetigit, non autem turbæ comprimentes, &  
coarctantes, ut explicant Victor Antioch. in 5.  
Marc. Euthym. D. Bonavent. in 8. Luc. unde præ-  
clare ait D. Aug. serm. 72. de tempore. Corpus ergo  
Christi multi moleste premunt, pauci salubriter tan-  
gunt. Et nota maximè in hac consideratione,  
quod apud Lucæ textum habet, ait Jesus: Quis  
me tetigit. Dixit Petrus, turbæ compriment te, &  
affligunt, & dicis: Quis me tetigit? Unde notan-  
dum, quod turbæ, quæ tantum corpore ac-  
cedebant, & Christi virtutem non participa-  
bant, ipsum compriment & affligunt, at mu-  
lier, quæ cum reverentia, & veneratione ve-  
nerat, & de fontibus Salvatoris hauserat, non  
comprime

66. Chrylog.  
67. Antioch.  
Euthym.  
Bonavent.  
August.  
Qui corpus  
Christi in-  
digne sum-  
munt, ipsum  
comprimunt,  
& affligunt.

comprimere, sed tangere dicitur à Domino:  
Qui me tetigit. Qui indignè ad Christi mensam  
accedunt, ipsum comprimunt, & affligunt, qui  
verò cum reverentia, ac veneratione, ipsum sa-  
lubriter tangunt, ut hæc mulier experta est.

68. Nostra tamen quæstio maximè id inquirat, cur  
Christus interrogat, quis enim tetigit, cum op-  
time, ac distinctè omnia agnosceret. Respondeo  
primò. Ut mulier ore proprio Christi virtutem,  
ac miraculum fateatur, ut ita re visa, & cogita-  
tum manifestum, ac apertum fiat testimonium, ut  
inde omnes inflammentur, ut in Christum cre-  
dant, ac ejus fidem concipiant; & discant qua-  
liter ad Christum sic accedendum; nam quavis  
multi eum comprimerent, tamen hæc sola mu-  
lier, quæ eum fide, & devotione tetigit, ejus  
fructum participavit.

69. Tertiò. Ut ostendatur magna mulieris fides.  
Nam, ut ait D. Augustinus, lib. contra mendac.  
cap. 14. & D. Chrylogus serm. 36. imò, &  
102. Marcum, Christus dum interrogat, circums-  
pectabat videre eam, ostendens in externa appa-  
rentia nescire, & tamen mulier ipsum fatetur  
Deum omnia scientem, omnium agnitorem. O  
magna fides, quæ repugnantiam ignorantie cum  
divinitate, quam videbatur audire, vincit, & su-  
perat, & inter verba, ac gestus aliquantulum in ap-  
parentia inscientiam indicantes, introspicit ip-  
sum omnia scire, omnia penetrare. De hac fide  
mulieris, ait Divus Chrylogus serm. 36. Vix  
ergo inveniens Domini illi, autem fidei, & illam,  
quæ nobis latebat in tenebris, ipse sole reddidit  
clarior. Quanto enim fides difficiliora ample-  
ctitur, tanto excellentior, & gloriosior nitet, &  
resplende.

70. Filios in gloriosa generatione promittit Deus  
Abrahamo, & tunc dicitur, Creditus Deo Abra-  
hamo, & reputatum est ei ad justitiam, Genes. 15.  
nam. 6. Abrahamus, ut fidelis antea Deo cred-  
dit etiam promittendi largas benedictiones, ut  
quando mandavit ei exire de domo sua; & tunc  
non dicitur, sed modò, quod reputatum sit ei ad  
justitiam. In presenti eventu maximè nobilita-  
ta est ejus fides, dum credidit valde difficilia,  
quod scilicet ipse esset jam longævus etate, cor-  
pus suum jam habens demortuum, filios in fec-  
licem, & aspiciatam generationem procrearet.  
Periculis sic ait. Ad maximam Dei gloriam eo fi-  
des pertinuit, dum enim Abraham promittenti Deo,  
quæ judicio hominum incredibilia videbantur, ac  
quæ omnem naturæ vim excedebant, tam promptè,  
ac perfectè credidit.

QUESTIO XI.

Quare dixit Christus virtutem à se  
exisse, non verò à se esse  
emissam?

ACRATISSIMA Christi Domini huma-  
nitas vim habebat, ac virtutem ad mi-  
racula operanda, sanitatēque con-  
ferendam, quæ virtus erat potentia obedientialis  
activa in rebus ipsis existentis, per quam efficere  
possunt supernaturalia opera, tanquam instru-  
mentum Dei. Ita D. Thomas in 4. dist. 8. q. 2. art. 3.  
ad 4. Cajetanus 3. part. quæst. 78. art. 4. Suar. t. 1.

ad 3. part. dist. 31. Et 5. S. dicendum ergo. Alij  
volunt, non solum Scholastici, sed etiam nostri  
expositores, ut Abulens. q. 102. Salmefron, Barra-  
das, Cornet. quod hæc virtus in Christi humani-  
tate fuerit moralis, siquidem secundum humani-  
tatis voluntatem, ac tactum Deus miracula pa-  
trabat. Tamen prima opinio videtur probabi-  
lior, ob excellentiam humanitatis Christi.

Tamen maximè hæc ponderandum illud Chri-  
sti verbum. Ego novi virtutem exisse de me. Non  
enim ait, virtutem à se esse datam, & commu-  
nicatam, sed exisse. Planum, & manifestum est,  
quod illa virtus prodit, ac manavit ex nutu vo-  
luntatis Christi; cur non ait, à se esse emissam,  
sed illam exisse. Christus Dominus, ut dixi su-  
periori quæst. ex August. in externa apparentia  
personam veluti agebat ignorantis subiectum, Chrysol.  
in quod illa divina virtus derivata est, ut ait D.  
Chrysol. serm. 6. Dum interrogat, velut igno-  
rantiam p. ostendit; exisse virtutem de se sensit, ad dona non  
quem exierat, nescit, quod præstiterat novit, cui sunt confe-  
renda bonitas ignota, & in-  
cognita.

Secundò. Non dicitur, quod illa virtus emissa  
fasset à Christo, sed quod ipsa exierit; nam,  
ut tenent aequi, hæc mulier erat imperfecta in  
fide, de quo infra; existimavit enim, quod po-  
tuerit latere: ergo cum ista mulier esset in fide  
debilis, non erat proportionata ad impetran-  
dum, quod optabat, ac ad illud recipiendum à  
Christi manu; non dicitur ergo virtutem datam  
esse à Domino; sed novi virtutem exisse de  
m. Quod explicans Author ille Græcus in Cate-  
na D. Thom. ad cap. 8. Luc. ait, Passus est sponsus  
sanctus rapinam, veluti nostro dicendi modo,  
pessimus noster medicus habet se tanquam di-  
similans, & patitur ut virtus ad sanandam mu-  
lierem prodeat, ne videatur, quod ipsa necessi-  
te preffa, ac angustia laborans ad Dominum ac-  
cessit, & absque medicamentis remedio discesse-  
rit, tam efficaciter nostræ necessitates divina  
vilecera commovent, ut super miserum, & affli-  
ctum commoveatur. D. Ambrosius lib. 3. de vir-  
ginib. Simul ut accipit mulier, ait, virtutem sensit,  
medicinam invenit, ut si oculum luminis admo-  
veas illustratur antequam sentias, & operatio lu-  
cis prævenit apparatus. Perpende, ut si oculum  
luminis admoveas. Est enim elegans comparatio;  
nam idem videtur, necessi aitem Deo exponere,  
ac lumen oculo proponere, ut appposito lumine  
oculus exerceat suam operationem, & exposita  
necessitate Deo, ipse suam misericordiam im-  
pendat. Vide cap. 9. n. 10. cap. 6. n. 116. & cap. 17.  
num. 87. & ca. 24. n. 67.

Tertio. Hæc mulier ditata erat magna fide,  
ut communit tenet sententia, & mihi probabi-  
lior, accessit tangens magno aff. Po Christi sim-  
briam pro sua salute deprecans. Ait Christus  
novi virtutem exisse de me, non dixit virtutem à  
se concessam, sed ipsam exisse, tam præpotens  
est orationis vis fundata in fide, & tam valida  
est erga Deum, ut videantur, ut nostro loquendi  
modo

71. Quomodo  
Christi hu-  
manitas mi-  
racula ope-  
rabatur.  
L. Thom.  
Cajetan.  
Suar. us.

Abulens.  
Salmefron.  
Barradas.  
Cornet.

72.

73.

Necessitas  
magis im-  
babet, au im-  
petrandum.

D. Ambr.

74.

Fides ad opã-  
tio magnam  
habet effici-  
ciam.